



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258**

De S. Blesilla vidua.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

# I A N V A R I V S.

540  
deberur <sup>la-</sup>  
cris reli-  
quijs.

sùs reddit oratio) cùm corpus martyris piè, & cum eo, quo par est, martyrem honore & reuerentia deposuisset in magni Sergij monastryo: ipse quidem aliquantum temporis ibi est moratus, quēadmodū ad eū, qui misit, & fratres saluus & sine periculo perueniret, considerans. Decimo autem die, postquam depositæ fuerunt reliquia, eō venit cum exercitu rex alius, nō qualis, qui prius dictus est, persecutor & religione infestus, & in scelere eximius & planè profigatus: sed valde aquos & mansuetus, pietateque & humanitate illi planè contrarius. Quos cùm lubenter vidisset monachus in externa regione, tanquam quasdā lucernas in tenebris, à cura de reditu & agritudinis onere mox respirans, & velut animi pondere leuatus, vt qui fraternitatem & monasterium se esse propediem visurum speraret, lingua eos Græca alloquitur, ea ratione suī notitiam apriens. Illi autem cùm nouissent eum esse Christianum, quod quidem rarum est apud Persas, (hoc enim & monachorum significabat indumentum & sermo) rogārunt illū, cur illic moraretur. Cùm is verò eis singulatim de beato exposuisset Anastasio, illi partim quidem desiderio martyris, partim autem monachi morti misericordia, cùm virum in sua accepissent tabernacula, testiq; & mensa socium eum deinceps fecissent, & vt decet Christianos & martyrū amantes, in eum affecti essent, eduxerunt ipsum per Armeniam. Qui cùm post annum peruenisset ad monasteriū, praefecto & fratribus iucundissimum lautumq; & magnificum exhibuit epulum, nempe de S. Anastasio narrationem, vt qui etiam attulerit monasticum illius colobium, quo induitus erat in ipsa resolutione: nec attulerit solū, sed simul etiam mira quēdam narrauerit.

Mabit̄ mos  
nasticus pel  
lit dæmonē.  
22 JANV.  
Ierem. 9.  
Luc 19.

Dicebat enim, fuisse quandam fratrem in monasterio, in quo posite erant reliquiae. Etate iuuenem, qui à maligno spiritu detinebatur. Cùm autem praefectus à me sèpè petiisset colobium, & hoc simul atquè accepisset, iuuenē induisset, (o celerem visitationem, o promptissimum auxilium) statim exiit dæmonem, vt qui sicut frigus calori, vel luci tenebræ, huic martyris panno facilè cessisset: in gloriam Domini nostri Iesu Christi, quem decet omnis honor & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

## VITA S. BLESILLAE VIDVAE ADOLESCENTIS ROMANAЕ, A D. HIERONYMO AD Paulam scripta.

Tom. 1. epis.  
stola 25.



Humilitas  
vestium.

VIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fonte lachrymarum, & plorabo, non, vt Hieremias ait, vulneratos populi mei: nec vt Iesus, miseriam Hierusalem: sed plorabo sanitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem: plorabo omnes pariter in vnius morte defecisse virtutes? Nō quod lugenda sit illa, quæ abicit: sed quod nobis impatientius sit dolendū, qui tales videre desiuimus. Quis enim siccis oculis recordetur, viginti annorum adolescentulam tam ardentis fide crucis leuâsse vexillum, vt magis amissam virginitatem, quam mariti dolerer interitum? Quis sine singulis transcat orandi instantiam, nitorem lingue, memorie tenacitatem, acumen ingenij? Si Græcè loquentem audissem, Latinè eam nescire putares. Si in Romanum sonū lingua se verterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat. Nam verò, quod in Origene quoquè illo Græcia tota miratur, in paucis, nō dicam mensibus, sed diebus, ità Hebreæ lingua vicerat difficultates, vt in discendis canendi, psalmis cum matre contenderet. Humilitas vestium non (vt plerisque solet) tumetes animos arguebat, sed cùm interiori se mente deicerat, inter ancillarum virginum cultum dominamq; nihil medium, nisi quod in eo facilius dignoscerebatur, quod neglecius incedebat. Vacillabant agrotatione gressus, & pallentem ac trementem faciem vix collum tenue sustinebat: & tamē aut prophetam, aut Euangelium semper in manibus tenebat. Lachrymis ora complentur, singultus occupat vocem, & hæretēm linguam, viscera commota non laxant. Cùm sanctum corpus collum febrium ardor excoqueret, & semianimę letulum vallaret circulus propinquorum, hęc in extrema verba mādabat: Orate Dominum Iesum, vt mihi ignoscat, quia implere non potui, quod volebam. Secura

cura esto mi Blesilla: confidimus: probas vera quæ dicimus. Nunquam est sera conuer-  
cio. Vox hæc primùm dedicata est in latrone: Amen dico tibi, hodiè mecum cris in pa- Luc. 23.  
radiso.

Postquam autē, sarcina carnis abiecta, ad suum anima reuolauit authorem, & in antiquam possessiōnem diū peregrinata conscedit: ex more parantur exequiae, & nobili-  
um ordine præunte, aureum feretro velamen obtēditur. Videbatur mihi tunc clama-  
re de cælo: Non agnosco vestes, amictus iste non est meus, hic ornatus alienus est.

Sed quid agimus? Matris prohibitur lachrymas, ipsi plangimus. Confiteor affectus  
mēos: totus hic liber fletibus scribitur. Fleuit & Iesus Lazarū, quia amabat illum. Non Iohann. 11.  
est optimus consolator, quem proprii vincunt gemitus, cuius visceribus emollitis, fra- Iesum nūc  
segitur Bles-  
illa, & an-  
da in lachrymis verba desudant. Testor mi Paula Iesum, quem Blesilla nunc sequitur: testor sanctos angelos, quorum consortio fruitur, eadem me dolorum perpeti tormenta, quæ pateris: patrem esse spiritu, nutritum charitate, & interdum dicere: Pecorat dies fruitur.  
illa, in qua natus sum. Et, Hui mihi mater, ut quid genuisti me virum, qui dicerer discri- Job 3.  
men omni terræ? Et illud: Iustus es Domine, veruntamen iudicia loquar ad te. Quid est, Iere. 15. 12.  
quod via peccatorum prosperantur? Et: Mei quoquæ penè moti sunt pedes, penè effusi Psal. 72.  
sunt gressus mei. Quia zelau in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Et dixi: Quo-  
modò cognovit Deus, & si est scientia in excelso? Eccè ipsi peccatores & abundantes  
in seculo, obtinuerunt diuitias. Sed rursus illud occurrit: Si narrauero sic, ecce genera-  
tionem filiorum tuorum preuaricatus sum.

Nunquid & in meam mentem, non hic sēpius fluctus illiditur? Quarè senes impij, se-  
culi diuitijs perfruuntur? quarè adolescentia rudis, & sine peccato pueritia, immaturo  
flore meritur? Quid cause est, ut sēpē bimuli trimulique, & vbera materna lactentes, à  
demonio corripiantur, repleantur lepra, morbo regio deuorentur? & econtrariò, im-  
pij, adulteri, homicidae, sacrilegi, vegeti atque securi de sua sanitate, in Deum blasphemant? Præsentim cùm iniustitia patris non redundet ad filium: & anima quæ peccauerit, Ezech. 19.  
ipsa moriatur. Aut si manet vetus illa sententia, peccata patrum in filios oportere resti-  
tuī, iniquum sit, longè patris innumera delicta in innocentem infantiam repensare.  
Et dixi: Ergo sine cauia iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & Psal. 72.  
factus sum flagellatus tota die? Sed cùm hæc cogitarem, statim didici cum propheta: Et  
suscepit, ut cognoscere, hoc labor est in conspectu meo, donèc ingrediar sanctuarium  
Dei, & intelligam in nouissima corum. Iudicia enim Domini abyssus multa. Et, O pro- Psal. 33.  
fundum diuitiarum sapientia & scientia Dei, quām inscrutabilia sunt iudicia eius, & in-  
vestigabiles viae cius. Bonus est Deus, & omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est.  
Rom. 11.

Mariti orbitas irrogatur: plāgo, quod accidit: sed quia sic placet Domino, & quo ani-  
mo sustinebo. Vnicus raptus est filius: durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille,  
quidederat. Si cæcus fuero, amici me leto consolabitur. Si auditum quoquæ surda au-  
res negauerint, vacabo à vitijs: nihil aliud, nisi Dominum cogitabo. Imminebit super  
hæc & dura pauperies, frigus, languor & nuditas: extremam expectabo mortem, & bre-  
ue putabo malum, quod finis melior subsequetur. Consideremus quid ethicus ille psal-  
mus sonet: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Hoc non potest dicere, nisi il- Psal. 111.  
le, qui ad vniuersa quæ patitur, magnificat Dominum, & suo merito imputans, in ad-  
uersis de eius clementia gloriatur. Exulta uerū enim filia Iude in omnibus iudiciis Do- Psal. 96.  
mini. Si iuda confessio interpretatur, confitens autem omnis anima credentis est: necces-  
sè est, ut qui se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudiciis gaudeat. Sanus sum,  
gratias refero creatori. Langueo, & in hoc laudo Domini voluntatem. Quando enim 2. Cor. 12.  
infirmor, tunc fortis sum, & virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur. Patitur &  
Apostolus aliquid, quod non vult, pro quo ter Dominum deprecatur. Sed dicitur ei:  
Sufficit tibi gratia mea, quia virtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationum humili- Ibidem.  
andam superbiā, monitor quidā humanae imbecillitatis apponitur, in similitudinem  
triumphantium, quibus in curru retrò comes adhærebat, per singulas acclamations  
ciuium, dicens: Hominem te esse memento. Cur autem durum sit, quod quādoquæ pa-  
tendum est? Et cur dolemus quenquam mortuum? Ad hoc enim nati sumus, ut manea-  
mus eternū: Abraham, Moyses, Esaias, Petrus, Iacobus, Iohannes, Paulus electionis vas,  
& super omnia filius Dei, moritur: & nos indignamur, aliquem exire de corpore, qui ad  
hoc forsitan raptus est, nè malitia mutaret intellectū eius? Placita enim erat anima eius 3. Ep. 4.

**Deo.** Propter hoc properauit educere eam de media iniquitate, nè longo vitæ itinere  
decijs oberraret anfractibus.

Lugeatur mortuus, sed ille, quem gehenna suscipit, quem tartarus deuorat, in cuius  
poenam aeternus ignis æstuat. Nos, quorum exitum angelorum turba comitatur, quibus  
obuiam Christus occurrit: grauemur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis habi-  
temus. Quia quandiu hic moramur, peregrinamur à Domino. Illa illa nos cupido tene-  
at: Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est à me, habita ui cum habitatibus Ce-  
dar, multum peregrinata est anima mea. Si Cedar tenebrae sunt, & mundus iste sunt te-  
nebrae, quia lux lucet in tenebris, & tenebrae eam non compræhenderunt: faucaulus  
Blesilla nostræ, qua de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem,  
consummati operis percepit coronam. Reuerà si secularis desiderium: &, quod Deus à  
suis auertat, delicias vitæ huius cogitantem, mors immatura rapuisset, plangenda erat,  
& omni lachrymarum fonte ploranda. Nunc verò, cùm, propitio Christo, ante quatu-  
or fermè menses, secundo quodammodo propositi se baptismō lauerit, & ita deinceps  
vixerit, vt calcato mundo, semper monasterium cogitaret, non vereris, nè tibi Salvator  
dicat: Irasceris Paula, quia tua filia, mea facta est filia? Indignaris de iudicio meo, & re-  
bellibus lachrymis facis iniuriam possidenti? Scis enim, quid de, quid de ceteris tuis co-  
gitem?

Cibum tibi denegas, non iejuniorū studio, sed doloris. Non amo frugalitatem istam.  
Ieiunia ista aduersarij mei sunt. Nulla anima recipio, qua, me nolente, separatur à cor-  
pore. Tales stulta philosophia habeat martyres, habeat Zenonem, Cleombrotum, vel  
Catonem. Super nullum requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & tre-  
mentem verba mea. Hoc est, quod mihi monasterium promittebas? quod habitu à ma-  
tronis ceteris separato, tibi quasi religiosior videbaris? Mens ista, qua plangit, sericarum  
vestium est. Interciperis & emoteris, & quasi non in meas manus ventura sis, crudelem  
iudicem fugis. Fugerat quondam & Ionas animosus propheta, sed in profundo matis  
meus fuit. Si viuentem crederes filiam, nunquam plangeres ad meliora migrâsse. Hoc  
est, quod per Apostolum meum iussoram, nè pro dormientibus in similitudinem genii-  
um tristaremini. Erubescere, ethnicæ cōparatione superaris. Melior diaboli ancilla, quam  
mea est. Illa infidelem maritum translatū fingit in celum, tu mecum tuam filiam com-  
morantem, aut non credis, aut non vis.

Sed dicas: Quomodo lugere me prohibes, cùm & Jacob Joseph in sacco fleuerit, con-  
gregatisque ad se omnibus propinquis noluerit consolari, dicens: Descendam ad filium  
meum lugens in infernum? Et Dauid Absalon cooperito capite planxerit, repentes: Filii  
mi Absalon, Absalon fili mi, quis dabit, vt moriar pro te fili mi Absalon? Moysi quoquè  
& Aaron, ceterisque sanctorum solennis sit luctus exhibitus? Perfacilis ad ista responsio  
est: luxisse Jacob filium, quem putabat occisum, ad quem & ipse erat ad inferos descen-  
surus, dicens: Descendam ad filium meum lugēs in infernum, quia needum paradisi a-  
nuam Christus effregerat, needum flammeam illam rompere & vertiginem præ-  
sidentium Cherubin, sanguis eius extinxerat. Vnde & Abraham, licet in loco refrigerij,  
tamen apud inferos cum Lazaro fuisse scribitur. Et Dauid iustè fleuisse filium parci-  
dam, qui alium parvulum, postquam vt viueret impetrare non potuit, quia sciebat non  
peccâsse, non fleuit. De Moysè verò & Aaron, quod eis ex veteri more sit planctus exhibi-  
tus, non mirandum est, cùm & in Actis Apostolorum, iam Euangeliō coruscante, Ste-  
phano fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum: Et vtiquè planctus magnus,  
non in plangētum examinatione, vt tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum fre-  
quentia intelligendus sit. Denique de Jacob scriptura sic loquitur: Et ascendiit Ioseph  
sepelire patrem suum, & ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores do-  
mūs eius, & seniores omnis terræ Aegypti, & omnis domus Joseph & fratres eius. Et  
post paululum: Et ascenderunt cum eo, quadrigæ & equites, & facta sunt castra gran-  
dia nimis. Ac deinde: Et planxerunt eum planctu magno & fortissimis. Planctus iste so-  
lennis, non longas Aegyptijs imperat lachrymas, sed funeris monstrat ornatum. Luxta  
quem modum Aaron quoquè & Moysen fletus esse, manifestum est.

Nequeo satis scripturæ laudare mysteria, & diuinum sensum, in verbis licet simplici-  
bus, admirari, quid sibi velit, quod Moyses plangitur, & Iesus Naue vir sanctus, sepultus  
refertur, & tamen fletus esse non scribitur. Nempe illud, quod in Moyses, id est, in lege ve-  
teri

teri sub peccato Adam omnes tenebantur elogio, & ad inferos descendentes, consequenter lachrymæ prosequabantur, secundum Apostolum, qui ait: Et regnauit mors Rom. 5. ab Adam usque ad Moysen, etiam super eos qui non peccauerunt. In Iesu vero, id est, in Euangelio, per quem paradius est apertus, mortem gaudia prosequuntur, flentesque, hodiè Iudæi, & nudatis pedibus in cinere volutati, sacco incubant. Ac nè quid desit su. Gene. 25. perfirioni, ex ritu vanissimo phariseorum, primum cibum lenti accipiunt, videlicet ostendentes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito, quia in resurrectionem Domini non credentes, Antichristi preparantur aduentui. Nos vero, qui Christum in- dūmus, & facti sumus, iuxta Apostolum, genus regium & sacerdotale, non debemus su. 1. Pet. 2. per mortuos contristari. Et dixit, inquit, Moyses ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios Leui. 10. eius, qui relicti erant: Caput vestrum non denudabitis, & vestimenta vestra non scinde- tis, nè moriamini, & super omnem synagogam veniat ira. Nolite, inquit, scindere vesti- menta vestra, & luctum exhibere gentilem, nè moriamini. Mors nostra, peccatum est: Et, quod forsitan crudele alicui videatur, sed fidei necessarium est, in eodem Leuitico scribitur: quomodo sacerdos magnus ad patrem, matrem fratresque, vel liberos mor. Leui. 21. tuos prohibeat accedere: nè videlicet anima Dei sacrificijs va cans, & tota in illius mi- nisterij occupata, aliquo impediatur affectu. Nonne alijs verbis id ipsum in Euangelio precepitur, vt non renunciet domui discipulus? vt mortuo patri non exhibeat sepultu- ram? Et de sanctis, inquit, non exiit, & non contaminabitur sanctificatio Dei eius, quia Lue. 9. Matr. 8. Leui. 21. sanctum oleumunctionis à Deo super eum est. Certè postquam credimus in Christum, & oleo unctionis eius accepto, illum portamus in nobis, non debemus exire de tem- plo, id est, de proposito Christiano: non foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commisceri, sed esse semper intrinsecus, id est, voluntati Domini ministrare.

Hec idcirco dicimus, nè ignorantia scripturarum autoritatem tibi præberet in lu- fta, & videreris rationabiliter errare. Et adhuc sic loquutussum, quasi vnam de turbis conuenerim Christianam. Nunc vero cum sciā totie renunciāsse mundo, & abiēc̄is calcatisque, delicijs seculi, orationi, ieunijs, lectioνi vacare quotidiē, cum ad exemplum Abrahā cupias exire de terra tua, & de cognitione tua, vt & Chaldeis & Mesopotamia Gene. 12. derelicias, terram reprobmissionis introcas, cum omnem substantiam, aut pauperibus dilargitas, aut filijs ante mortem mundo mortua dederis: miror te ea facere, quæ si fa- cerent cetera, reprehensione dignæ viderentur.

Redit tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiæ, sermo, consortium, & quod his careas, pati non potes. Ignoscimus matris lachrymis, sed modum quārimus in do- lore. Si parentem cogito, non reprehendo quod plangis. Si Christianam & monacham, illis nominibus mater excluditur. Recens vulnus est, & tactus iste, quo blandior, nō tam curat, quā exasperat. Attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vin- citur? Nam & Noēmi famem fugiens, in terra Moab & maritum perdidit, & filios. Et Ruth 1. cum suorum auxilio esset destituta, Ruth alienigena ab eius latere non recedit. Vide quanti meriti sit deserta prestatissime solatii. Ex eius semine Christus oritur. Respice Iob, Matth. 2. quanta sustinuit, & videbis te nīmū deliciatam, illum cretis in celum oculis, inter Iob. 1, 2. ruinas domūs, penas viceris, innumerā orbitates, & ad extremum vxoris insidias, inui- stam tenuisse patientiam.

Scio quod responsura sis: hoc illi quasi iusto ad probationem evenisse. Et tu è duabus elige, quod velis: aut sancta es, & probaris: aut peccatrix, & iniuste quereris, minora sustinens, quā mereris. Quid vetera replicem? Praesentia exempla sectare. Sancta Me- Melanie, nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus, mihiq; virtus, concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necedūm hu- mato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed, teste Christo, non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste consciissa, lacerum peccatum inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes ad- uoluta Christi quasi ipsum teneret, arrisit. Expediūs, inquit, tibi seruitura sum Domi- ne, quia tanto me onere liberasti. Sed forsitan superatur in ceteris. Quin immo qua illos mente contempserit, in vnicō postea filio probat: cui omni, quam habebat, possessione concessa, ingruente iam hyeme, Hierosolymam nauigauit. Parce quæso tibi, parce filiæ cum Christo iam regnanti, parce saltem Eustochio tue, cuius parua adhuc artas & rudis penè infantia, te magistrante dirigitur. Sauit nunc diabolus, & quia vnam cernit de tuis

I A N V A R I V S.

544

**Gen. 22.** liberis triumphantem, obtritum se esse condolens, quærit in remanente victoriā, quam in pœunte iam perdidit. Grandis in suos pietas, impietas in Deum est. Abraham unicum filium iætus interficit, & tu vnam de pluribus quereris coronaram.

**Verba ipsa nostrorum hereticorum contra Monachos.** Non possum sine gemitu eloqui, quod dicturus sum. Cùm de media pompa funeris, te exanimē referrent, hoc inter se populus mussitabat. Nonne illud est, quod sèpius dicebamus? Dolet filiam ieiunijs interficetam, quòd non vel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quousquè genus derestabile monachorum non vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non præcipitatur in fluctus? Matronam miserabilem seduxerunt, quæ quia monacha esse noluerit, hinc probatur, quòd nulla gentilium irà suos vnquam fleuerit filios. Qualem putas ad istas voces Christum habuisse tristitiam? Quomodo exultasse satanam, qui nunc tuam animam eripere festinans, & pij tibi proponens doloris illecebram, dum ante oculos tuos, filia semper imago versatur, cupit matrem simul necare vietricis, & solitudinem sororis inuadere relictæ. Non vt terram loquar, sed, vt mihi testis est Dominus, quasi ante tribunal eius assistens, in hæc te verba cōuenio: Detestandæ sunt istæ lachrymæ, plena sacrilegio, incredulitate plenissimæ, quæ non habent modum, quæ usque ad viciniam mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tuū semper homicida es. Sed ad tales clementes ingreditur Iesus, & dicit: Quid ploras? Non est mortua puella, sed dormit. Irrident circumstantes. Ista infidelitas ludorum est. Te quoquè, si ad sepulcrum filii volueris voluntari, angelus increpabit: Quid quaris viuentem cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalene, postquam vocem Domini se clamantis agnouit, ad eius pronoluta pedes, audit: Nè tetigeris me: needum enim ascendi ad patrem meum: id est, Non mereris tangere resurgentem, quem mortuum existimas in sepulcro.

**Matth. 9.**

**Luc. 24.**

**Iohan. 20.**

**Luc. 2.**

**Blesilla ro-**  
gat Dñm pte securus sim, veniam impetrat peccatorum: quòd monui, quòd hortatus sum, quòd matre, & venia pcc-  
eatorū im-  
petrat Hic  
tonymo.

**Blesilla cū  
Christo vi-  
uit in cælis.**

Quas nunc existimas Blesillam nostram pati cruces, quæ ferre tormenta, quòd tibi Christum videat subiratum? Clamat nunc illa lugenti: Si vnquam me amasti mater, si tua vbera suxi, si tuis instituta sum monitis, nè inuidias gloriae meæ: nec hoc agas, vt à nobis in perpetuum separemur. Putas me esse solam? Habeo pro te Mariam, matrem Domini. Multashic video, quas antè nesciebam. O quanto melior est iste comitatus. Habeo Annam, quondam in Euangelio prophetantem: &, quô magis gaudeas, tantorum annorum labores, ego in tribus mensibus consequuta sum. Vnam palmam castitatis accipimus. Misericordia mea, quia mundum reliqui? At ego vestri sortem doleo, quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidiè in acie praliantes, nunc ira, nunc avaritia, nunc libido, nunc variorum incendiua vitiorum, pertrahunt ad ruinam. Si vis, vt mater mea sis, cura placere Christo. Non agnosco matrem, meo Domino disiplcentem. Loquitur illa & alia multa, quæ tacco, & pro te Dominum rogat, mihiq; vt de eius men-  
tis Christo viuit in cælis, in hominum quoquè ore viciuta est. Tran-

ibit & præsens ètas, sequentur secula post futura, quæ sine amore, sine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Eustochijque nomen media ponetur: nunquam in meis moritura est libris: audierit me semper loquentem, cum forore, cum matre.

VITA